

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adulacio as cum fonte primo

A turba quantum potes te separa
ne adulatoribus latus prebeas.
Artifices sunt ad capiendos superiores;
par illis etiam, si bene caueris, non eris.
Sed, michi crede, si capieris,
ipse te trades. Habent hoc in se
naturaliter blandicie; etiam cum
reiciuntur placent. Sepe exclude
nouissime recipiuntur. Hoc enim ipsum
imputant quod repellunt et
subici quidem nec contumelia possunt.

Seneca de Tusculanis questionibus libro
VIII.

Fac ergo, mi Lucili,
quod facere consuesti:
a turba te quantum potes separa,
ne adulatoribus latus praebreas,
artifices sunt ad captandos superiores,
par illis, etiamsi bene caueris, non eris.
sed, michi crede: proditioni, si capieris,
ipse te trades. habent hoc in se
naturale blanditiae: etiam cum
reiciuntur placent; saepe exclusae
nouissime recipiuntur. hoc enim ipsum
imputant quod repelluntur, et
subigi ne contumelia quidem possunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Quaestiones
naturalis*, 4.praef.3-4 (H.M. Hine ed.,
p.166, ll.19-26).